



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 85. Subsidium charitativum Pontifici in Galliis indultum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

§. LXXXV.

Sæcul. XV.  
A.C. 1413.*Subsidium Charitativum Pontifici in  
Galliis indultum.*

E quidem summus Pontifex jam sub pri-  
ma Papatus sui exordia Archiepisco-  
pum Pisanum, Nicolaum de Robertis  
Equitem, & Godefridum de Peyrussa Do-  
ctorem Legatos in Gallias mittebat, ex  
procurationibus, & Ecclesiasticorum mor-  
tuorum spoliis pecunias exacturos. Quo-  
rum tamen postulatis Academia acri-  
*Vid. supra s. XII.*  
ter obluctata, Prælatos, ceterasque Uni-  
versitates sollicitavit, ut ad impediendas  
ejusmodi exactiones suas quoque vires  
jungerent. Attamen frustra oppositis hi-  
scœ remoris decretum fuit, ut Pontifici  
ex Cleri Gallicani redditibus *Charitativum*  
concederetur subsidium, videlicet dimi-  
dia decimarum pars; Huic concessione  
Prælatorum quoque consensus accessit,  
& demum ipsa Universitas cedere com-  
pulsa est. Postea Archiepiscopo Lega-  
to Parlamentum adeunte, Godefridus de  
Peyrussa nunciat, sinceram Pontificis  
esse voluntatem, ut ad Ecclesiam in Ca-  
pitœ & membris reformandam Concilium  
statuto tempore celebraretur; His per-  
ceptis quantocius jussu Regis solemnia  
Cleri Gallicani comitia in Urbe Pari-

Z 4 siensi

XXXV.

**Sæcul. XV.** siensi indicuntur, eo fine, ut libelli in  
A.C. 1413. struerentur Concilio porrigendi, & Cle-  
 rici de nimiis oneribus, quibus Ecclesia  
 Gallicana a Curia Romana opprimere-  
 tur, suas querelas ad Synodi Patres de-  
 ferrent.

## §. LXXXVI.

*Liberiores Pontificis ausus in Galliis  
repressi.*

**Juvén. Ur.** Interea, cum hæc gererentur, intercipi-  
fin. hist. Car. tur quædam hujus Legati Epistola,  
Vl. p. 251. ad Secretarium Pontificis scripta, in qua  
 eidem significat, quod Regii Parlamen-  
 ti membra subsidii ex Beneficiis suis e-  
 rogandi exemptionem jactitarent, atque  
 hac super re privilegium a sancta Sede  
 eis concessum allegarent; his addidit, Ju-  
 risdictionis Ecclesiasticæ auctoritatem pe-  
 nitus subversam iri, eoquod Parlamen-  
 tum nulla habita Personarum ratione  
 sibi facultatem arrogaret, Religoforum,  
 Episcoporum, imo & Cardinalium cau-  
 fas in possessorio cognoscendi. Hanc  
 Epistolam ægerrime tulerunt Aulæ Pro-  
 ceras; quapropter decretum fuit, ut to-  
 ta rei series Regi exponeretur, necnon  
 eidem, quam periculosi, quantive mo-  
 menti essent hujus Legati conatus, ob-  
 oculos poneretur, ac demum seyere Le-  
 gato interdiceretur, ne Regis, ejusque  
 Judicium,